



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Capitularia Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

Incipiunt capitula scedolae operis hujus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-22974

præterea nonnulla negotia hominum, tam
in palatio, quam in pago, quæ scribinon
queunt antequam invicem conferantur,
& juxta propositiones vel responsiones
eloquia eorum tunc scribantur & gesta.
Ego verò hæc quæ apud maiores meos,

juxta consuetudinem loci quo degimus,
didici, vel ex sensu proprio cogitavi, ut
potui coacervare in unum curavi, & capi-
tula prænotavi, ut facilius quod voluerit
à querente inantea scripto reperiantur.

Incipiunt capitula scedula operis hujus.

1. *Q*ualiter privilegium condatur.
2. *Concessio Regis de hoc privilegio.*
3. *Emanitas Regis.*
4. *Confirmatio de Regis emanitate.*
5. *Preceptum Regis de episcopatu.*
6. *Indiculus Regis ad metropolitanum Epis-
copam ut alio Episcopo benedicat.*
7. *Consensus civium pro episcopatu.*
8. *Charta de ducatu, patriciatus, aut comitatu.*
9. *Indiculus ad alium Regem, cùm lega-
tio dirigatur, & verbis suggestur com-
mendationis.*
10. *Rescriptum ad Regem pro suo legatario.*
11. *Tractoria legatariorum vel minima fa-
cienda ad ieiunium infus.*
12. *Preceptum interdonationis.*
13. *Preceptum de lessivo per manum
Regis.*
14. *Prologi tres de cassionibus regalibus.*
15. *Concessio ad loco sancto.*
16. *Confirmatio Regis ad loco sancto.*
17. *Iterum confirmatio pro secularibus viris.*
18. *De Regis antristione.*
19. *Preceptum de clericatu.*
20. *De divisione ubi Regis accesserit Missus.*
21. *De causas alterius receptas.*
22. *Preceptum denariale.*
23. *Charta de causa suspensa.*
24. *Charta de mandeburde Regis & Prin-
cipis.*
25. *Prologo de judicio Regis, cùm de magna
re duo causantur final.*
26. *Indiculus communitorius ad Episcopum.*
27. *Item indiculus ad Episcopum pro aliis
diffingendum.*
28. *Charta audienciale.*
29. *Indiculus ad laico.*
30. *Communatione cum Rege.*
31. *Confirmatione Regis de omni corpore fa-
cultatis.*
32. *Si quis contra voluntatem Regis egerit,
securitas cai eum persequi iussit.*
33. *Preceptum quorum ab hostibus vel alio
modo fuerint instrumenta incensa.*
34. *Relatione pagensiam ad Regem directa.*
35. *Confirmatio alia de omni corpore facul-
tatis ad monasterio.*
36. *Vt causas anteriorum adsumendi suorum
aliqui licentiam habeant.*
37. *Judicium evinditale.*
38. *Charta paricia.*
39. *Vt pro nativitate Regis ingenui rela-
xentur.*
40. *Vt leudes amio promittantur Regi.*

INCIPIVNT EXEMPLARIA DE DIVERSIS
conditionibus qualiter regales chartas pagenses, cui hæc formola
habere placuerit, & melius non valet, scribantur.

De privilegio.

I. **D**ominino sancto & in Christo ve-
nerabili fratri illo Abbatii, vel
cunctæ congregati monasterij illius in
honore beatorum illorum ab illo in pago
illo constructo, ille Episcopus. Compellit
nos affectio caritatis vestra, radio in-
flammante divino, illa pro vestro quieti
providere quæ nobis maneant ad merce-
dem, & ea recte tramite inconvolso limite
terminari quæ perennem deinceps propri-

tante Dominō obtineant firmatatem; quia
non minor à Domino retributio speratur
futura pro succidiis contemplante tempo-
ribus quam ad præsens munera pauperi-
bus offerente. Et ne nobis aliquis detra-
hendo æstimet in id nova decernere car-
mina, dum ab antiquitus juxta constitu-
tionem Pontificum per regalem sanctio-
nem monasteria sanctorum Lirinensis, A-
gauenensis, Luxoviensis, vel modo innu-
merabilia per omne regnum Francorum
sub libertatis privilegium videntur confi-